

LIBER SECVNDVS SPEI

II, 7. De malo somnolentię

Cuius longior quam natura postulat fuerit somnus, non solum bene agendi tempus perdit, sed etiam ipse ad uitia promptior fit, dum corpori magis quam animo obsequium prestat. Raro uidebis eos qui somniculosi sunt a luxuria libidinibusque abstinere. Cum crapulati fuerint, graui sopore premuntur, quos ronchizantes non facilius excites quam siluestres ursos aut uitulos marinos. Putas experrecti ad orationes procumbant uel ad decantandos psalmos instent? Ientacula conquirunt, prandia deinde parari iubent et, cum hesternas perpotationes diu dormiendo uix edormierint, iam sese nouis ac recentibus ingurgitant, ne tunc quidem uigilare putandi cum uigilant. Nam eo quoque tempore inertis ueterosque stupore premi uidentur, oscitant, hiant, languentibus nictant ocellis seque elatis lacertis ac prolato pectore distentant et, nisi totam noctem dormierint, somnum a se fugisse lamentantur. Tunc remedia quibus reuocetur disquirunt: iam papauer, iam lactuce parantur, iam titillatio circa digitos uolasque pedum discurrit, seruis ibi prurimum excitantibus ut dominus, qui usque mane soporem suum continuare nequiuisset, eo iam non interrupto ad meridiem duret. Atque istos tam effoeminato ocio assidue torpentes de improviso mors occupat. Neque enim diu uiuere queunt qui multo somno dediti marcent. Tument uultus lurido colore infecti putrescentiaque uiscera repente inuadens ualitudo dissoluere festinat. Et quoniam nulla his cura fuit sanctis actionibus inuigilare, quibus nixi in celum euolarent peccatis pregrauati ad inferos descendunt. [...]

DRUGA KNJIGA: O UFANJU

II, 7. O zlu pospanosti

Tko bude spavao dulje nego što to traži priroda, gubi ne samo vrijeme za čestit rad nego i sam postaje skloniji porocima iskazujući poslušnost više tijelu negoli duhu. Rijetko ćeš vidjeti one koji su pospani da se ustežu od raskalašenosti i požuda. Kad se ponapiju, težak ih pritisne san te ih ne bi, kako hrču, probudio lakše nego šumske medvjede ili morskú telad. Misliš da će, kad se probude, kleknuti da se mole ili stati na noge da pjevaju psalme? Traže doručak, zatim nalažu da se sprema ručak, i kad su se nakon jučerašnje pijanke, dugo spavajući, jedva ispavali, već se iznova i nanovo nalokavaju. Ni tada kad su budni ne treba ih smatrati budnima. Jer i za to vrijeme vidi se da ih pritišće troma i pospana tupost, pa zijevaju, razvaljuju usta, žmirkaju umorno sitnim očima, protežu se podižući ruke i isturujući grudi. I ako ne prospavaju cijelu noć, jadikuju da je san od njih pobjegao. Tada traže sredstva koja će im ga natrag dozvati: sad se nabavlja mak, sad ločika, sad se daju draškati po prstima na nogama i tabanima po kojima ih sluge golicaju da ih srsi prolaze, eda bi gospodar, koji nije mogao tvrdo spavati bez buđenja sve do jutra, ne prekidajući više san spavao sada do podne. I te koji stalno opušteni tako nemuški ljenčare smrt iznenada zaskoči. Ta i ne mogu dugo živjeti oni koji se mnogo predaju snu pa omlitave. Lice im je nabuhlo i podliveno blijedožutom bojom, a gnjilu im utrobu iznenada napadne bolest koja ih brzo razara. I kako nisu nimalo marili da bdiju u svetim radnjama na koje bi se jednom mogli osloniti i vinuti u nebo, preopterećeni grijesima silaze u pakao. [...]